

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

Tabula VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

In altera parte crux, quatuor circumdata parmulis, quarum prima Zaringicum leonem, secunda alam Usenbergicam, tertia Badevillanam trabem, quarta leonem, e pellibus emergentem, Rœtelnanum insigne, prodit. In medio crucis parmula præcipua cum Badensi baltheo. Inscriptio:

LAND. Z. SVSENB. DO. IN. ROT. ET BADENWI.
Landgravius in Susenberg, Dominus in Ræteln & Badenwiler.

III.

Nummus quadratus argenteus, in quo parmula cum tessera Badensi:

Georg friderich marggrav zu baden.
Georgius Fridericus Marchio Badensis.

In postica globus Imperii, cruce distinctus, in quo numerus 84. Addita Aera: 1609.

IV.

Nummus argenteus, secundo hujus Tabulæ nummo similis, nisi quod A. 1610. cufus.

 TABULA VI.

GEORGIUS FRIDERICUS.

V.

Nummus quadratus argenteus, formæ majoris, cum Georgii Friderici effigie:

GEORG. FRI. D. G. M. BA. ET HACH. LA. SV.
C. A. SPO.

Georgius Fridericus Dei gratia Marchio Badensis & Hachbergensis Landgravius Saufenbergæ Comes a Sponheim.

In postica scutum, in tres regiones distinctum. Regionis superioris parmula prima leonem Brisgoicum, secunda alam Usenbergicam, tertia Spanheimenses tessellas exhibet. In medio scuti baltheus Badensis, quem ab uno latere aper, ab altero rosa, Ebersteinii symbola, stipant. Infima scuti regio quatuor laterculos continet, in quorum primo palus Badevillanus, cantheriis distinctus; secundo Roetelanæ fasciæ, ex quibus eminet leo; tertio baltheus Lahrensis; denique leo Malbergensis. Supra scutum Aera: 1622. In ambitu tituli reliqui:

ET. EBERS. D. A. ROT. BADENW. LOR. ET MALB.
Et Eberstein, Dominus a Ræteln, Badenweiler, Lor & Malberg.

Georgius Fridericus primus fuit in ordine Ernestiadum, qui titulos & insignia Bada-Badensia in nummis figillisque adhibuit; superioris Marchiæ possessor quod esset. Restituta Eduardinis hac Marchia, pactione Vindobonenfi (g) A. 1627. conventum est, ut

Tom. IV.

Kkk 2

(g) Tom. III. pag. 89.

utraque linea iisdem gentilitiis uteretur insignibus; quod ab hoc tempore constanter obtinuit.

VI.

Nummus uncialis argenteus, A. 1622. cufus, Georgii Friderici effigiem, titulos & insignia eadem, ut in præcedente nummo; formula exhibens.

TABULA VII.

GEORGIUS FRIDERICUS.

I.

Nummus argenteus, cum Georgii Friderici, loricati & baculum tenentis, effigie. Ad caput Marchionis annus 1627. In ambitu:

GEORG. FRID. D. G. M. BAD. ET. HAC. LA. SV.
C. A. SP.

Georgius Fridericus Dei gratia Marchio Badensis & Hachbergenfis Landgravius Sufenbergæ Comes a Sponheim.

Pars averfa scutum Marchionis sistit, in tres regiones divisum, quas Tabula præcedente num. V. descripsimus. Inscriptio:

ET EBERS. D. A. ROT. BADENW. LAR ET MAL.
Et Eberstein, Dominus a Ræteln, Badenweiler, Lar & Malberg.